

rent aut multiplicarentur, & non fetiffet eo rum genus. Cùm ergo initium existendi accepiffent, oportuit eiuſdem creatoris imperio naturalem illis medullitus inferi amore vel appetitum, vt mafculum ardens ad ſemen ingerendum, ſcœmina nihilominus auida foret ad recipiendum. Hoc illis benedictio con tulit, & ob hoc neceſſaria fuit, nam inde reptilia creuerūt, & multiplicata ſunt, & reple uerunt aquas maris, aueſq; multiplicatæ ſunt ex eis. Ad hoc, tenet hæc animantia vinculo amoris magna huius benedictionis vis. Quã

Eſal. 103.

diu enim emittentur fontes in conuallibus, & inter medium montium pertranſibunt aqua: tam diu ſuper ea volucres cœli habitabunt, & de mediõ petrarum dabunt vocem. Et quamdiu irriguis ſuperioribus & pingue dine terrę ſaturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit: tamdiu illic paſſeres nidificabunt. Et eodem amore vel deſiderio & gallina languida vocem mutabit, & luſcinea lætabunda paruulus ouis ſuperſedens tota peruigil nocte decantabit, tanta cantilenæ ſuaauitate, vt tibi videatur hæc eſſe ſumma eius intentio, quòd poſſit non minus dulci bus modis ſectus animare, quàm fotu corporis. Hinc educæta progenies veſpere & mane, & meridie quodam modo narrabit, & creatoris laudem non ingrata natura annunciat: & ei qui dat eſcam omni carni, tanto con centu conſitentur Deo cœli, vt erubescere de beat homo rationalis, ſi vnquam dona crea toris in eſcam mutus ab eius laude perceperit. Item & quamdiu ſteterit hoc mare magnũ & ſpacioſum manib. in quo naues per tranſeunt, quod qualiter tranſitũrum ſit, no uit ipſe qui dixit, cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibũt: tamdiu per ſeuerante huius benedictionis virtute, illic erunt reptilia, quorum non eſt numerus, ani malia puſilla cum magnis, & omnia non fru ſtra à creatura expectabunt, vt det illis eſcã in tempore, & eo dante illis colligẽt, & a periente illo manum ſuam omnia implebun tur bonitate, tam balena, quã rana, tam cro codilus quàm murenã.

Matth. 24

*Cur non dictum ſit, vidit Deus volatilia ſeu reptilia quod eſſent bona, ſed vidit quod eſſet bonum.*

CAPVT LIII.

**E**T vidit Deus quòd eſſet bonum, factũq; eſt veſpere & mane dies quintus.) Si tã ſtabili iuſtitia viueret homo, quàm certo ordine ſeruant ea quæ prædicta ſunt, ſtatutum benedictionis imperium, recte formato homine, ſicut dictum eſt, & vidit Deus lucem quòd eſſet bona, ſic nihilominus ſingulariter diceretur, & vidit Deus hominem quòd eſſet bonum. Veruntamen nec dixit, nec dicere ſcriptura debuit, & vidit Deus volatilia cœli, ſiue reptilia maris, quòd eſſent bona. Sed vidit Deus (inquit) quòd eſſet bonum, ſubauditur ſic eſſe factum, in quo non crea turæ huius (quod nullum eſt) laudatur me-

ritum, ſed bonum creatoris ponderatur inge nium. Similiter cùm dicitur: & vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, non creaturarum prædicantur merita, ſed quod longè aliud eſt) creatoris cõmendatur ſapientia. Sola lux, quia volũtatem habere potuit, & voluntarie ſuam ad Deum eſſentiam dire xit, bona dicta eſt, vt potè boni Dei capax, quem quia cũ amore exceperit, rectè illi diuinæ bonitatis communicata eſt laus.

*Cur iumenta ſiue terræ animantia operis diei ſextæ, cum homine deputentur.*

CAPVT LIIII.

**S**exta creaturæ Dei ſpecies, homo eſt, cuius eſſentia iſ qui à timore ſextus eſt intel lectus manifeſte præfulget. Hoc perſpicuum eſt, rationalis enim creatura eſt, & non ſolũ intellectum, ſed & ingenium atque memoriã habet, vnde ad ſpiritualium cognitionem & Dei ſapientiam peruenire poteſt. Sed cur iumenta cũ irrationalia ſiunt, ſexto diei cũ illo deputantur? Nihilo enim magis iumen ta quã reptilia maris ſiue volatilia cœli, quin que corporis ſenſus excedũt, nec minus aut magis quàm illa hæc rationis expertia ſunt. Ad hæc inquã. Et ſi in eodem eſſentia: gradu iumenta, in quo & volatilia ſiue aquarum reptilia tenentur, quia pariter corpora ſunt animata & ſenſibilia, nec vltra valent: rectè tamen cum homine diei ſexto computãtur, quia cuius homo, eiuſdem partis mundi, ſcilicet, terræ, ornatus quòque iumentorum genus eſt, & eiuſ potiffimum ſubſtituta ſeruũtio ſunt, ſicut videm, quia neq; volatilia, ne que reptilia, quæ produxerit aquæ, ſed ſola iumeta homini cooperãtur & collaborãt. Cũ itaq; illis, id eſt, volatilibus ſiue piſcibus, pro cõditionis æqualitate: huc autè, id eſt, homini pro materiali origine iumentorum genus contiguum ſit, rectè potiori, id eſt, homini ceſſit, vt cum illo vnus diuinæ operationis ſit dies, cum quo vnus partis mundi, ſcilicet terræ ornatus eſt. Sed iam ipſa creantis imperij verba conſulam.

*De triplici ſpecie iumentorum reptilium atque be ſtiarum.*

CAPVT LV.

**P**roducat, inquit, terra animam viuẽtem in genere ſuo, iumenta, reptilia, & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factum que eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas, & iumenta, & omne reptile in genere ſuo.) Sub vno genere animæ viuẽtis, quã terra producit, tres ſpecies manifeſte ſcriptura diſtinxit, iumentorũ, reptilium, atque beſtiarum, & nota diligenter præiudiciorũ Dei inueſtigabiliũm prouidẽtiam. Ab vna nanq; ſpecie, id eſt, à reptili homo ſeductus eſt: ab vna, id eſt, à beſtijs terræ, iuſte peccator idẽ inſeſtatur: ab vna id eſt, à

C iumentis,